

# Caeremoniale Operis Dei, Roma, 1999

## Tabla de contenidos

- [1 Orationes ad petendas vocationes](#)
- [2 Preces](#)
- [3 Circulus brevis](#)
- [4 Benedictio pro itinere](#)
- [5 Pro fidelibus praelaturae operis dei](#)
  - [5.1 Preces pro iis qui admissionem peragunt](#)
  - [5.2 Preces pro oblatione](#)
  - [5.3 Preces pro fidelitate](#)
  - [5.4 Ordo ad numerarios inscriptos constituendos](#)
- [6 Pro sociis Societatis Sacerdotalis Sanctae Crucis](#)
  - [6.1 Preces pro iis qui admissionem peragunt](#)
  - [6.2 Preces pro oblatione](#)
  - [6.3 Preces pro fidelitate](#)
- [7 Appendix](#)
  - [7.1 Praelatura Operis Dei](#)
    - [7.1.1 Declaratio pro incorporatione](#)
    - [7.1.2 Declaratio ante felitatem](#)
    - [7.1.3 Declaratio pro inscriptis et pro sacros ordines recepturis](#)
  - [7.2 Societas Sacerdotalis Sanctae Crucis](#)
    - [7.2.1 Declaratio pro incorporatione](#)
    - [7.2.2 Declaratio ante fidelitatem](#)
- [8 Referencias](#)

## Orationes ad petendas vocationes

In vesperis sollemnitatis Sacti Ioseph, Patris et Domini nostri, in omnibus Operis Dei Centris sequentia fiunt:

Sacerdos, vel dignior, inchoat hymnum “Veni Creator”, et omnes duplici choro prosequuntur:

Veni, Creator Spíritus, / Mentis tuorum vísita, / Imple superna grátia, / Quae tu creasti péciora.

Qui díceris Paráclitus, / Altíssimi donum Dei, / Fons vivus, ignis, caritas, / Et spiritalis únctio.

Tu septiformis múnere, / Dígitus paternae délixterae, / Tu rite promissum Patris, / Sermone ditans gútura.

Accende lumen sénsibus, / Infunde amorem córdibus, / Infirma nostri córporis / Virtute firmans pérpeti.

Hostem repellas lóngius, / Pacemque dones prótinus, / Ductore sic te praévio / Vitemus omne nóxium.

Per te sciamus da Patrem, / Noscamus atque Fílium, / Teque utriusque Spíritum / Credamus omni témpore.

Deo Patri sit glória, / Et Fílio, qui a mórtuis / Surrexit, ac Paráclito, / In saeculorum saécula. Amen.

Postea:

V/ Loquebantur váriis linguis Apóstoli, alleluia.

R/. Magnalia Dei, alleluia.

V/. Emitte Spiritum tuum et creabuntur.

R/. Et renovabis faciem terrae.

Oremus.

Deus, qui corda fidelium Sancti Spiritus illustratione docuist; da nobis in eodem Spiritu recta sapere; et de eius semper consolatione gaudere. Per Christum Dominum nostrum.

R/. Amen.

Finita oratione, singuli ex adstantibus, vernacula vel latina lingua, praesentant nomina scribenda in albo. Sacerdos aut dignior, omnibus stantibus, ait:

V/. Adiutorium nostrum in nomine Domini.

R/. Qui fecit caelum et terram.

V/. Domine, exaudi orationem meam.

R/. Et clamor meus ad te veniat.

Si est Sacerdos addit:

V/. Dominus vobiscum.

R/. Et cum spiritu tuo.

Omnes genuflectunt, excepto Sacerdote vel digniore:

Oremus.

Domine Iesu Christe, qui dixisti apostolis tuis: messis quidem multa, operarii autem pauci: fac ut nos, tuo amore flagrantibus ac divinae gloriae studio permoti, a Domino messis suppliciter impetremus ut mittat operarios in messem suam. Qui vivis et regnas cum Deo Patre, in unitate Spiritus Sancti, Deus, per omnia saecula saeculorum.

R/. Amen.

Sacerdos, vel dignior genuflectit et prosequitur:

V/. Sancta Maria, Spes Nostra, Sedes Sapientiae (vel Ancilla Domini)

R/. Ora pro eis.

V/. Sancte Ioseph, Pater et Domine.

R/. Ora pro eis.

V/. Sancte Michael.

R/. Ora pro eis.

V/. Sancte Gabriel.

R/. Ora pro eis.

V/. Sancte Raphael.

R/. Ore pro eis.

V/. Sancte Petre.

R/. Ora pro eis.

V/. Sancte Paule.

R/. Ora pro eis.

V/. Sancte Ioannes.

R/. Ora pro eis.

V/. Omnes Sancti Angeli Custodes.

R/. Orate pro eis.

V/. Deus det nobis suam pacem.

R/. Et vitam aeternam.

Amen.

## **Preces**

Sérviam!

V/. Ad Trinitatem Beatíssimam.

R/. Grátias tibi. Deus, grátias tibi: vera et una Trínitas, una et summa Déitas, sancta et una Unitas.

V/. Ad Iesum Christum Regem.

R/. Dóminus Iudex noster; Dóminus Légifer noster; Dóminus Rex noster. Ipse salvabit nos.

V/. Christe, Fili Dei vivi, miserere nobis.

R/. Christe, Fili Dei vivi, miserere nobis.

V/. Exsurge, Christe, ádiuva nos.

R/. Et líbera nos propter nomen tuum.

V/. Dóminus illuminátio mea et salus mea: quem timebo?.

R/. Si consistant adversum me castra, non timebit cor meum; si exurgat adversum me proélium, in hoc ego sperabo.

V/. Ad Beatam Vírginem Mariam Mediatricem.

R/. Recordare, Virgo Mater Dei, dum stéteris in conspectu Dómini, ut loquaris pro nobis bona.

V/. Ad Sanctum Ioseph Sponsum Beatae Mariae Vírginis.

R/. Fecit te Deus quasi Patrem Regis, et dóminum universae domus eius: ora pro nobis.

V/. Ad Angelos Custodes.

R/. Sancti Angeli Custodes nostri, deféndite nos in praélio ut non pereamus in tremendo iudicio.

V/. Ad Sanctum Iosephmariam Conditozem nostrum.

R/. Intercede pro filiis tuis ut, fideles spirítui Operis Dei, laborem sanctificemus et ánimas Christo lucrifácere quaeramus.

V/. Oremus pro Beatíssimo Papa nostro N.

R/. Dóminus conservet eum, et vivíficet eum, et beatum fáciat eum in ánimam inimicorum eius.

---

Sequens invocatio Romae omittitur.

V/. Oremus et pro Antistite huius dioecesis.

R/. Stet et pascat in fortitúdine tua. Dómine, in sublimitate nóminis tui.

---

V/. Oremus pro unitate apostolatus.

R/. Ut omnes unum sint, sicut tu Pater in me et ego in te: ut sint unum, sicut et nos unum sumus.

V/. Omne regnum divisum contra se, desolábitur.

R/. Et ominis cívitas vel domus divisa contra se non stabit.

V/. Oremus pro benefactóribus nostris.

R/. Retribúere dignare, Dómine, ómnibus nobis bona faciéntibus propter nomen tuum, vitam aeternam. Amen.

V/. Oremus pro Patre.

R/. Misericórdia Dómini ab aeterno et usque in aeternum super eum: custodit enim Dóminus omnes diligentes se.

V/. Oremus et pro frátribus nostris Operis Dei, vivis atque defunctis.

R/. Salvos fac servos tuos, Deus meus, sperantes in te.

V/. Mitte eis. Dómine, auxilium de sancto.

R/. Et de Sion tuere eos.

V/. Réquiem aeternam dona eis, Dómine.

R/. Et lux perpétua lúceat eis.

V/. Requiescant in pace.

R/. Amen.

V/. Dómine, exaudi orationem meam.

R/. Et clamor meus ad te véniat.

Sacerdos, si Preces moderatur, exurgit et addit Dóminus vobiscum, stans etiam dum recitat orationem.

V/. Dóminus vobiscum.

R/. Et cum spírítu tuo.

Oremus.

Deus, cui próprium est misereri semper et párcere: súscipe deprecationem nostram. Ure igne Sancti Spíritus renes nostros et cor nostrum, Dómine: ut tibi casto córpore serviamus, et mundo corde placeamus.

Actiones nostras, quaésumus Dómine, aspirando praéveni et adiuvando proséquare: ut cuncta nostra orátio et operátio a te semper incípiat et per te coepta finiatur. Per Cristum Dóminum nostrum.

R/. Amen.

Omnes dicunt:

Gáudium cum pace, emendationem vitae, spátium verae poeniténtiae, grátiam et consolationem Sancti Spíritus atque in Opere Dei perseverántiam tribuat nobis Omnípotens et Miséricors Dóminus.

V/. Sancte Míchaël.

R/. Ora pro nobis.

V/. Sancte Gábriel.

R/. Ora pro nobis.

V/. Sancte Ráphaël.

R/. Ora pro nobis.

V/. Sancte Petre.

R/. Ora pro nobis.

V/. Sancte Paule.

R/. Ora pro nobis.

V/. Sancte Ioannes.

R/. Ora pro nobis.

Cum adsit aliquis Sacerdos, dignior ait:

Iube, Domne, benedícere.

Sacerdos benedicit:

Dóminus sit in córdibus vestris et in lábiis vestris, in nómine Patris + et Fílii et Spíritus Sancti.

R/. Amen.

V/. Pax.

R/. In aeternum.

## **Circulus brevis**

I.

Omnibus genuflexis, directos Circuli sic incipit:

Veni, Sancte Spírítus, reple tuorum corda fidélium: et tui amois in eis ignem accende.

V/, Emite Spírítum tuum, et creabuntur.

R/. Et renovabis fáciem terrae.

Oremus.

Deus, qui corda fidélium Sancti Spírítu illustratione docuisti; da nobis in codem Spírítu recta sápere: et de eius semper consolatione gaudere. Per Christum Dóminum nostrum.

R/. Amen.

V/. In nómine Patris et Fílii et Spírítus Sancti. Amen.

Sancta Maria, Spes Nostra, Sedes Sapiéntiae. (Mulieres autem, loco Sede Sapiéntiae, dicunt: Ancilla Dómini).

R/ Ora pro nobis.

II.

Commentarium in Evangelium.

III.

Lectio Normarum (quae fit a directore, omnes autem audiunt stantes).

Normae vitae:

Quotídie: Operum oblátio. Orátio mentalis (pro dimídiam horan mane, per álteran dimídiam vésper). Sancta Missa. Communio. Visitátio Sanctíssimi Sacrameni. Léctio Novi Testamenti et alicuius libri espiritualis. Preces. Sanctum Rosárium. Exámina consciéntiae, “Angelus Dómini” vel “Regina Coeli”.

Síngulis hebdómadis: Conféssio sacramentalis. Corporalis mortificátio et cantus aut recitátio antíphonae Beatae Mariae Virginis, sábbatis.

Síngulis ménsibus: Dies recessus spiritualis.

Síngulis annis: Cursus recessus spiritualis.

Semper: Praeséntia Dei. Considerátio nostrae filiationis divinae. Communiones spirituales. Actiones gratiarum. Actus reparationis. Orationes iaculatóriae. Mortificátio. Stúdiu. Labor. Ordo. Gáudiu.

IV.

Commentarium in aliquam Norman vitae vel Consuetudinem, vel in aliquem aspectum Spiritus Operis Dei, etc.

V.

Examen:

1. Praetermisi meditationem, aut eius tempus mínui, extra casum infirmitatis?
2. Exércui me in praeséntia Dei, et frequenter, síngulis diebus, consideravi mean filiationem divinam?
3. Curavi ut mea prima et postrema cuiusque diei cogitátio Deo sacraretur?
4. Omi exameni particulare, vel praeceptu festinavi generale?

5. In Sancta Missa, mémini quotidie Operis Dei, fratrum meorum, speciatim vero Directorum?
6. Rectene tuli contrarietates diei?
7. Omisi sólitas mortificationes?
8. Sátago acquirere spítitum poeniténtiae?
9. Rectam quaesivi intentionem, sola Dei glória ductus in omnibus?
10. Recitavi quiete et attente Preces Operis et réliquas orations vocales?
11. Vixi spíritum sacrificii in apostolatu a Directóribus mihi commisso?
12. Dóciles fui erga meos Directores, in iis quae pértinent ad vitam spiritualem et apostolatum?
13. Díligens fui in obeundis munéribus apostólicis in Opere mihi commissis?
14. Studiosus fui exercendae caritatis in consuetúdone cum frátribus meis?
15. Memor fui, speciatim, normarum caritatis et prudentiae in exercenda vel excipienda correctione fraterna, quóties opus fúerit?
16. Ostendo factis zelum meum lucrandi Operi Dei novos fideles?
17. Cónscius sum me intulisse Operi Dei malum certum ob mean apathiam, imprudéntiam, tepiditatem vel frigiditatem in obeundis meis officiis religiosis, sociállibus vel professionálibus?
18. Quo pacto me gessi in labore culturae, necessário quidem ad scopum meum attingendum, in stúdio vel formatione professionali utilique témporis usu?
19. Supérfluos sumptus impendi, luxu, levitate, vanitate, commoditate, etc.?
20. Fui semper profunde sincerus erga meos Directores, apte componens spontaneitatem et responsabilitatem personalem, cum humilitate submisse et ex corde excipiendi praescripta circa vitam spiritualem et apostolatum?
21. Despexi sacrificium in mínimis rebus quotidianis?
22. Curavi semper diligenterque ut labor meus ita ordinaretur, ut munus mihi commissum effícacius fieret et Dei glória magis magisque augetur?
23. Laboro quando laborare débeo (hódie, nunc), aut procrastinaciónibus me decípio, quae omissiónibus pares sunt?
24. Est mihi cura vitandi in aspectu externo quidquid molestum, mirum, extráneum, dedéceat munus et conditionem meam?
25. Dominavit me tristítia, atque oblitus sum illam inimico ánimae meae foederari?
26. Laboro semper cum gáudio scientis se filium Dei esse?

V/ Adiutórium nostrum in nomine Dómini.

R/ Qui fecit coelum et terram.

Si director Circuli non sit Sacerdos, semel tantum ac simul ab omnibus dicitur:

Confíteor Deo omnipotenti, beatae Mariae semper Vírgini, beato Michaëli Archángelo, beato Ioanni Baptistae, sanctis Apóstolis Petro et Paulo, ómnibus Sanctis, et vobis, frates, quia peccavi nimis cogitatione, verbo et ópere: mea culpa, mea culpa, mea máxima culpa. Ideo precor beatam Mariam semper Vírginem,

beatum Mchaëlem Archángelum, beatum Ioannem Baptistam, sanctos Apóstolos Petrum et Paulum, omnes Sanctos, et vos, fraters, orare pro me ad Dóminum, Deum nostrum.

Deinde dicitur:

V/. Misereatur nostri omnipotens Deus, et, dimissis peccatis nostris, perducatur nos ad vitam aeternam.

R/. Amen.

V/. A vínculis peccatorum nostrorum + absolvat nos omnipotens et miséricors Dóminus.

R/. Amen.

Si director Circuli sit Sacerdos, director recitat Confíteor ut supra. Postea reliqui respondent:

V/. Misereatur tui omnipotens Deus, et, dimissis peccatis tuis, perducatur te ad vitam aeternam.

R/. Amen.

Deinde omnes, direttore excepto, recitant Confíteor, et ubi dicitur: vobis, fraters, et vos, fraters, dicunt: tibi, pater, et te, pater.

V/. Misereatur vestry omnipotens Deus, et, dimissis peccatis vestris, perducatur vos ad vitam aeternam.

R/. Amen.

V/. A vínculis peccatorum nostrorum + absolvat nos omnipotens et miséricors Dóminus.

R/. Amen.

Postea, qui praeviam obtinuerint licentiam, genuflexi successive singillatim manifestabunt suos defectus (non peccata, neque res conscientiae), dicentes:

Initio: Coram Deo Dómino Nostro confíteor...

In fine: Propter has culpas peto véniam et poeniténtiam.

Director singulis suggerit breven aliquam orationem vel parvan mortificationen, ut mos est.

VI.

Lectio alicuius libri spiritualis et commentarium, vel allocutio.

VII.

Colloquium de rebus Operis.

VIII.

Preces.

## **Benedictio pro itinere**

Beata Maria intercedente, bene ámbules (ámbulem, ambulemus, ambuletis): et Dóminus sit in itínere tuo (meo, nostro, vestro), et Angelus eius comitetur (Angeli eius comitentur) tecum (mecum, nobiscum, vobiscum).

In nómini Patris + et Fílii et Spíritus Sancti.

R/. Amen.

# Pro fidelibus praelaturae operis dei

## Preces pro iis qui admisionem peragunt

Accedunt admittendi, singillatim; et genuflexi ante Crucem Ligneam, dicunt:

Singillatim: Coran Deo Dómino Nostro, cui omnis glória, confidens intercessione Sanctae Mariae nostrorumque Patronarum, teste meo Sancto Angelo Custode, me dedico ad effectivum regnum Christi in terra propagandum, iuxta regimen et spíritum Operis Dei.

Singuli osculantur Crucem Ligneam et manum Patris vel stolam Sacerdotis.

Sacerdos, una eum admittendis, pergat ad altare. Genuflexis omnibus, Sacerdos dicit:

V/. Sancta Maria, Soes Nostra, Sedes Sapiéntiae. (Pro mulieribus autem, loco Sedes Sapiéntiae, Sacerdos dicit: Ancilla Dómini).

R/. Ora pro nobis.

V/. Sancte Míchaël.

R/. Ora pro nobis.

V/. Sancte Gábríel.

R/. Ora pro nobis.

V/. Sancte Ráphael.

R/. Ora pro nobis.

V/. Sancte Petre.

R/. Ora pro nobis.

V/. Sancte Paule.

R/. Ora pro nobis.

V/ Sancte Ioannes.

R/. Ora pro nobis.

Dignior:

Iube, Domne, benedícere.

Sacerdos benedicit:

Dóminus sit in córdibus vestries et in lábiis vestries, in nomine Patris + et Fílii et Spiritus Sancti.

R/. Amen.

Sacerdos genuflectit, et omnes dicunt:

Gáudium cum pace, emendationem vitae, spátium verae poeniténtiae, grátiam et consolationem Sancti Spíritus atque in Opere Dei perseverántiam tríbuat nobis Omnípotens et Miséricors Dóminus.

## Preces pro oblatione

Sedente Sacerdote a sinistris Crucis Ligneae fideles qui Oblationem peragunt, ante illam genuflexi, dicunt:

Singillatim: Confidens intercessione Sanctae Mariae et teste meo Sancto Angelo Custode, sciens et volens me dedico servitio Dómini usque in próximum festum Sancti Ioseph, iuxta régimen et spíritum Operis Dei.

Inmediate Sacerdos singulos, si viri sint, signat in fronte, in ore, super corde, et in pectore ab uno ad alterum humerum; vel, si sint mulieres, singulis quater benedicit, dicens:

Christus + in intellectu tuo, Christus + in lábiis tuis, Christus + in corde tuo, Christus + in opéribus tuis.

Singuli. Amen.

Sacerdos porrigit singulis Crucifixum, prius benedictum (quem eis osculandum praebet), et exemplar Sanctorum Evangeliorum, dicens:

Accipe, fili Dei (vel filia Dei), arma ad hoc proelium pro íntegra glória Dómini tui; et memor esto, quotquot adhibúeris média attingendi finem nostrum, Evangélio et Cruce se inniti debere.

Fidelis osculatur Crucem Ligneam et manum Patris, vel stolam Sacerdotis. Sacerdos, una cum fidelibus Oblationem facientibus, pergit ad altare Genuflexis ómnibus. Sacerdos dicit:

V/. Sancta Maria, Spes Nostra, Sedes Sapientiae (vel Ancilla Dómini).

R/. Ora pro nobis.

V/. Sancte Michaël.

R/. Ora pro nobis.

V/. Sancte Gábriel.

R/. Ora pro nobis.

V/. Sancte Ráphael.

R/. Ora pro nobis.

V/. Sancte Petre.

R/. Ora pro nobis.

V/. Sancte Paule.

R/. Ora pro nobis.

V/ Sancte Ioannes.

R/. Ora pro nobis.

Dignior:

Iube, Domne, benedícere.

Sacerdos benedicit:

Dóminus sit in córdibus vestries et in lábiis vestries, in nomine Patris + et Filii et Spiritus Sancti.

R/. Amen.

Sacerdos genuflectit, et omnes dicunt:

Gáudium cum pace, ementionem vitae, spátium verae poeniténtiae, grátiam et consolationem Sancti Spíritus atque in Opere Dei perseverántiam tríbuat nobis Omnípotens et Miséricors Dóminus.

## **Preces pro fidelitate**

Sedente Sacerdote iuxta Crucem Ligneam (ad sinistram), qui Fidelitatem peragunt, ante Crucem genuflexi, dicunt:

Dómine Iesu: súscipe me tibi in servum sempiternum <sup>[1]</sup> (ancillam sempiternam) Operis Dei, in obséquium et sacrificium laudis perpétuae: voluntárie et in aeternum meipsum (meipsan), cum ómnibus viribus et afféctibus meis, quanto intímus váleo, óffero.

Et intercedente beata et gloriosa Maria, semper Vírgini, cum beato Ioseph, beatis Archángelis Michaële, Gabriele et Raphaële, ac beatis Apóstolis tuis Petro, Paulo et Ioanne, et omnibus Angelis Custódibus, da, Dómine, pacem in diebus meis: ut ope tuae misericórdiae adiutus (adiuta), adimplere possim tuam Sanctíssimam Voluntatem. Amen.

Osculantur Crucem Ligneam et mamum Patris vel stolam Sacerdotis.

Deinde omnes ad altare pergunt et genuflectunt, excepto Sacerdote, qui annulos benedicit:

V/. Adiutórium nostrum in nomine Dómini.

R/. Qui fecit coelum et terram.

V/. Dómine, exaudi orationem meam.

R/. Et clamor meus ad te véniat.

V/. Dóminus vobiscum.

R/. Et cum spíritu tuo.

Oremus.

Bénedic, Dómine, hos ánnulos (hunc ánnulum), quos (quem) in tuo nomine benedícimus + ut qui (quae) eos gestáverint (eum gestáverit) fidelitatem suae vocationi tenentes (tenens), in pace et voluntate tua permáneant (per- máneat). Per Christum Dóminum nostrum.

R/. Amen.

Deinde Sacerdos ter aspergit annulos aqua benedicta, et Fidelitatem facientibus imponit in quolibet digito sinistrae manus, singulis dicens:

Confirma hoc, Deus, quod operatus es in eo (in ea).<sup>[2]</sup>

Dignior: Iube, Domne, benedícere.

Sacerdos benedicit:

Dóminus sit in córdibus vestries et in lábiis vestris, in nomine Patris + et Filii et Spíritus Sancti.

R/. Amen.

Sacerdos genuflectit, et omnes dicunt:

Gáudium cum pace, emendationem vitae, spátium verae poeniténtiae, grátiam et consolationem Sancti Spíritus atque in Opere Dei perseverántiam tríbuat nobis Omnípotens et Miséricors Dóminus.

## Ordo ad numerarios inscriptos constituendos

Omnibus stantibus, Sacerdos incipit:

Sacerdos: Multitúdinis autem credéntium erat cor unum et anima una. <sup>[3]</sup>

Ceteri: Unánimiter levaverunt vocem ad Deum, et dixerunt: Dómine, tu es qui fecisti coelum et terram, mare et ómnia quae in eis sunt, qui Spíritu Sancto per os patris nostri David púeri tui dixisti:

Quare fremuerunt gentes, et pópuli meditati sunt inánia?

Astiterunt reges terrae, et príncipes convenerunt in unum adversus Dóminum et adversus Christum eius.

Convenerunt enim vere in civitate ista adversus sanctum púerum tuum Iesum, quem unxisti, Herodes et Póntius Pilatus cum géntibus et pópulis Israel, fácere quae manus tua et consílium tuum decreverunt fieri.

Et nunc, Dómine, réspice in minas eorum, et da servis tuis cum omni fidúcia loqui verbum tuum, in eo quod manum tuam extendas ad sanitates et signa et prodígia fieri per nomen sancti filii tui Iesu. <sup>[4]</sup>

Sacerdos: Multitúdinis autem credéntium erat cor unum et anima una; nec quisquam eorum, quae possidebat, áliquid suum esse dicebat; sed eran illis ómnia commúnia. <sup>[5]</sup>

Sacerdos prosequitur:

Salvos nos fac, Dómine, Deus noster. <sup>[6]</sup>

Ceteri: Ut confiteamur nómini sancto tuo. <sup>[7]</sup>

Sacerdos: Fratres: iam non estis hóspites et ádvenae; sed estis cives sanctorum et doméstici Dei, supraedificati super fundamentum Apostolorum et Prophetarum, ipso summo angulari lápide Christo Iesu. <sup>[8]</sup>  
Qui númerat multitúdinem stellarum <sup>[9]</sup>, númeret vos inter amicos et filios.

Ceteri: Laetabor ego super elóquia tua: sicut qui invenit spólia multa. <sup>[10]</sup>

Nos scimus quoniam translati sumus de morte ad vítam, quoniam dilígimus fratres <sup>[11]</sup>: et si quid pátitur unum membrum, compatiuntur ómnia membra: sive gloriatur unum membrum, congaudent ómnia membra. <sup>[12]</sup>

In hoc cognóvimus caritatem Dei, quoniam ille ánimam suam pro nobis pósuit, et nos debemus pro frátribus animas pónere. <sup>[13]</sup>

Sacerdos: Viríliter ágite et confortetur cor vestrum, omnes qui speratis in Dómino. <sup>[14]</sup>

Deinde osculantur manum Patris vel stolam Sacerdotis, qui –si agatur de viris– eos complectitur.

Omnes genuflectum et aiunt:

Gáudium cum pace, emendationem vitae, spátium verae poeniténtiae, grátiam et consolationem Sancti Spíritus atque in Opere Dei perseverántiam tríbuat nobis Omnípotens et Miséricors Dóminus.

## Pro sociis Societatis Sacerdotalis Sanctae Crucis

### Preces pro iis qui admissionem peragunt

Accedunt admittendi, singillatim; et genuflexi ante Crucem Ligneam, dicunt:

Singillatim: Coram Deo Domino Nostro, cui omnis gloria, confidens intercessione Sanctae Mariae nostraeque Patronorum, teste meo Sancto Angelo Custode, me dedico ad effectivum regnum Christi in terra propagandum, iuxta spiritum et praxim asceticam Operis Dei.

Singuli osculantur Crucem Ligneam et manum Patris vel stolam Sacerdotis.

Sacerdos, una eum admit- tendis, pergit ad altare. Genuflexis omnibus, Sacerdos dicit:

V/. Sancta Maria, Spes Nostra, Sedes Sapientiae.

R/. Ora pro nobis.

V/. Sancte Michael.

R/. Ora pro nobis.

V/. Sancte Gabriel.

R/. Ora pro nobis.

V/. Sancte Raphael.

R/. Ora pro nobis.

V/. Sancte Petre.

R/. Ora pro nobis.

V/. Sancte Paule.

R/. Ora pro nobis.

V/ Sancte Ioannes.

R/. Ora pro nobis.

Dignior: Iube, Domne, benedicere

Sacerdos benedicit:

Dominus sit in cordibus vestris et in labiis vestris, in nomine Patris + et Filii et Spiritus Sancti.

R/. Amen.

Sacerdos genuflectit, et omnes dicunt:

Gaudium cum pace, emendationem vitae, spatium verae poenitentiae, gratiam et consolationem Sancti Spiritus atque in Opere Dei perseverantiam tribuat nobis Omnipotens et Misericors Dominus.

## **Preces pro oblatione**

Sedente Sacerdote a sinistris Crucis Lignae, socii qui Oblationem peragunt, ante illam genuflexi, dicunt:

Socius: Confidens intercessione Sanctae Mariae et teste meo Sancto Angelo Custode, sciens et volens me dedico servitio Domini usque in proximum festum Sancti Ioseph, iuxta spiritum et praxim asceticam Operis Dei.

Immediate Sacerdos cingulos signat in fronte, in ore, super corde, et in pectore ab uno ad alterum humerum, dicens:

Christus + in intellectu tuo, Christus + in lábiis tuis, Christus + in corde tuo, Christus + in opéribus tuis.

Singuli. Amen.

Sacerdos porrigit singulis Crucifixum, prius benedictum (quem eis osculandum praebet), et exemplar Sanctorum Evangeliorum, dicens:

Accipe, fili Dei, arma ad hoc proélum pro íntegra glória Dómini tui; et memor esto, quotquot adhibúeris média attingendi finem nostrum, Evangélio et Cruce se inniti debere.

Socius osculatur Crucem Ligneam et manum Patris, vel stolam Sacerdotis. Sacerdos, una cum sociis Oblationem facientibus, pergat ad altare. Genuflexis ómnibus. Sacerdos dicit:

V/. Sancta Maria, Spes Nostra, Sedes Sapientiae.

R/. Ora pro nobis.

V/. Sancte Michaël.

R/. Ora pro nobis.

V/. Sancte Gábríel.

R/. Ora pro nobis.

V/. Sancte Ráphael.

R/. Ora pro nobis.

V/. Sancte Petre.

R/. Ora pro nobis.

V/. Sancte Paule.

R/. Ora pro nobis.

V/ Sancte Ioannes.

R/. Ora pro nobis.

Dignior: Iube, Domne, benedícere.

Sacerdos benedicit:

Dóminus sit in córdibus vestris et in lábiis vestries, in nomine Patris + et Fílii et Spiritus Sancti.

R/. Amen.

Sacerdos genuflectit, et omnes dicunt:

Gáudium cum pace, emendationem vitae, spátium verae poeniténtiae, grátiam et consolationem Sancti Spíritus atque in Opere Dei perseverántiam tríbuat nobis Omnípotens et Miséricors Dóminus.

## **Preces pro fidelitate**

Sedente Sacerdote iuxta Crucem Ligneam (ad sinistram), qui Fidelitatem peragunt, ante Crucem genuflexi, dicunt:

Dómine Iesu: súscipe me tibi in servum sempiternum<sup>[15]</sup> Societatis Sacerdotalis Sanctae Crucis, in obséquium et sacrificium laudis perpétuae: voluntárie et in aeternum meipsum, cum omnibus víribus et afféctibus meis, quanto intímus váleo, óffero.

Et intercedente beata et gloriosa Maria, semper Vírgini, cum beato Ioseph, beatis Archángelis Michaële, Gabriele et Raphaële, ac beatis Apóstolis tuis Petro, Paulo et Ioanne, et omnibus Angelis Custódibus, da, Dómine, pacem in diebus meis: ut ope tuae misericórdiae adiutus, adimplere possim tuam Sanctíssimam Voluntatem. Amen.

Socius osculatur Crucem Ligneam et manum Patris, vel stolam Sacerdotis, Sacerdos dicit:

Confirma hoc, Deus, quod operatus es in eso. <sup>[16]</sup>

Deinde omnes ad altare pergunt et genuflectunt:

Dignior:

Iube, Domne, benedícere.

Sacerdos benedicit:

Dignior: Iube, Domne, benedícere.

Sacerdos benedicit:

Dóminus sit in córdibus vestries et in lábiis vestris, in nomine Patris + et Filii et Spíritus Sancti.

R/. Amen.

Sacerdos genuflectit, et omnes dicunt:

Gáudium cum pace, emendationem vitae, spátium verae poeniténtiae, grátiam et consolationem Sancti Spíritus atque in Opere Dei perseverántiam tríbuat nobis Omnípotens et Miséricors Dóminus.

## Appendix

### Praelatura Operis Dei

#### Declaratio pro incorporatione

Christidelis Praelaturae incorporandus dicit:

“Ego, ..... in pleno uso meae libertatis, declaro me firmum habere propósitum me totis víribus dicandi ad sanctitatem prosequendam atque ad exercendum apostolatam iuxta spíritum et praxim Operis Dei; et me óbligo, ab hoc momento usque ad diem décimam nonam mártii (et me óbligo ad vitam):

1º ad manendum sub iurisdictione Praelati aliarumque Praelaturae competéntium auctoritatum, ut me fidéliter impendam in iis ómnibus quae ad finem peculiarem Praelaturae áttinent;

2º ad adimplenda ómnia officia quae secum fert condício Numerárii (vel Aggregati vel Supernumerárii) Operis Dei atque ad servandas normas Praelaturam regents necnon legítimas praescriptiones Praelati aliarumque competéntium auctoritatum Praelaturae quoad eius regimen, spíritum et apostolatam.

Qui Praelaturam repraesentat, dicit:

“Ego, ....., nómine Praelati, declaro Praelaturam Operis Dei, a momento tuae incorporationis eaque perdurante, se obligare:

1° ad tibi praebendam assíduam institutionem doctrinalem religiosam, spiritualem, ascéticam et apostólicam, necnon peculiarem curam pastorem ex parte sacerdotum Praelaturae:

2° ad adimplendas céteras obligations quae, erga eiusdem christifideles, in normis Praelaturam regéntibus statuuntur.

## **Declaratio ante felicitatem**

Iuvante Deo Dómino Nostro, cui omnis glória, confidens intercessione Sanctae Mariae, nostrorum Patronorum ac Sancti Angeli Custodis mei, ego,....., pro christiana mea probitate onus suscipio adhibendi specialem diligéntiam, ut sequential serven:

1. Quoad ipsam Praelaturam: illa ómnia dicta vel facta sincere ex parte mea vitare quae unitati spirituali, morali, iurídicae Operis Dei quoquo modo attentare possint. Si vero haec ab áliis fiant vel dicantur, prout in Dómino opportune videatur ipsis resístere éaque corrígere.

2. Quoad Directores omnes ac singulos Operis Dei: a) murmurationes, quae ipsorum famam minúerent aut eorum auctoritati effíciam detráherent, accurate ex parte mea vitare pariterque aliorum murmurationes reícere, nec ipsis quoquo modo consentire; b) cum meo immediate Directore correctionem fraternam iuxta Operis Dei spíritum exercere, quando re coram Deo considerate, corréctio videatur bono Praelaturae expedire. Si post prudens témporis spátium viderim meam in cassum correctionem cessisse, rem integram, si clarum Operis Dei bonum id éxigat vel suádeat, in immediato Directori sive Regionali sive Centrali vel ipsi Oatri communicabo ipsiusque in mánimus rem plene deponam.

Quoad me ipsum: curam adhuc maiorem adhibere conabor, ut in mea activitate, libera et personaliter responsábili, fidelis sim Ecclésiae doctrinae atque Operis Dei spiritui. Attenta obligatione bene efformandi mean consciéntiam, consílium postulabo quóties id expedierit, servatis quidem normis doctrinae moralis cathólicae et éthicae christianae, atque ídeo rigurose custódiám secretem naturale, commissórium, professionale vel áliam quám libet spéciem secreti qualificati. Prae óculis semper habebó me esse quoque plene líberum ac responsábilitem circa modum applicandi criteria doscrinália generalia ad síngulos casus, quin meam responsabilitatem transferre praetendam in personam quae forte, me ipso rogante, ad rectam consciéntiam efformandam me iuváverit.

## **Declaratio pro inscriptis et pro sacros ordines recepturis**

Iuvante Deo Dómino Nostro, cui omnis glória, confidens intercessione Sanctae Mariae, nostrorum Patronorum ac Sancti Angeli Custodis mei, ego....., pro christiana mea probitate onus suscipio adhibendi specialem diligéntiam, ut sequéntia serven:

1. Praxim correctionis fraternae, ut unum e cardinibus Operis Dei, firmiter retinere; atque pro víribus procurare ut íntegra ac vicens conservetur; fidéliter, secundum nostrum spíritum, eam semper exercere, quando necessária seu ádmodum convéniens aestimari débeat sive ad membrorum ánimam sive ad bonum ipsius Praelaturae.

2. Múnera in Praelatura, sive regíminis sive formationis, neque ut hábeam neque ut retineam ambire.

3. Spíritum primaevae paupertatis fideliter in me ipso conservare, et nullo modo permíttere vel quomodólibet cooperari ut huius nostrae rígidae paupertatis praxi derogetur: sed es adverso totis víribus niti ut ipsa, prout ab originibus Operis in rem deducta est, íntegra et intacta conservetur absque ulla quálibet pecúlii personalis spécie.

## **Societas Sacerdotalis Sanctae Crucis**

### **Declaratio pro incorporatione**

Socius incorporandus dicit:

“Ego,....., in pleno usu meae libertatis, declaro me firmum habere propósitum me totis víribus dicandi ad sanctitatem prosequendam atque ad exercendum apostolatam iuxta spíritum et praxim ascéticam Operis Dei; et me óbligo, ab ho momento usque ad diem déciman nonam mártii (et me óbligo ad vitam), ad officia ómnia adimplenda quae secum fert condíció sócii Aggregati (Supernumerárii) Societatis Sacerdotalis Sanctae Crucis, atque ad servandas eiusdem ordinationes.

Qui Societatem Sacerdotalem Sanctae Crucis repraesentat, dicit:

“Ego,....., nómine Praésidis Generalis, declaro Societatem Sacerdotalem Sanctae Crucis, a momento tuae incorporationis eaque perdurante, se obligare:

1º ad tibi praebendam, assíduam institutionem doctrinalem religiosam, ascéticam et apostólicam, necnon peculiarem curam spiritualem ex parte sacerdotum Praelaturae;

2º ad adimplendas céteras obligationes quae, erga eiusdem sócios, in ordinationibus Societatem Sacerdotalem Sanctae Crucis regéntibus statuuntur.

## **Declaratio ante fidelitatem**

Iuvante Deo Dómino Nostro, cui omnis glória, confidens intercessione Sanctae Mariae, nostrorum Patronorum ac Sancti Angeli Custodis mei, ego,....., pro christiana mea probitate onus suscipio adhibendi specialem diligéntiam, ut sequéntia servem:

1. Quoad Opus Dei necnon Societatem Sacerdotalem Sanctae Crucis: illa ómnia dicta vel facta sincere ex parte mea vitare quae unitati spirituali, morali, iurídicae Operis Dei et Societatis Sacerdotalis Sanctae Crucis quoquo modo attentare possini. Si vero haec ab áliis fiant vel dicantur, prout in Dómino opportune videatur ipsis resístere éaque corrígere.

2. Quoad Directores omnes ac singulos Operis Dei necnon quoad illos quibus in Societate Sacerdotali Sanctae Crucis múnera commissa sunt álios adiuvandi in re spirituale: a) murmuraciones, quae ipsorum famam minúerent aut eorum auctoritati effíciam detráherent, accurate ex parte mea vitare pariterque aliorum murmuraciones reícere, nec ipsis quoquo modo consentire; b) cum meo immediato Directore correctionem fraternam iuxta Operis Dei spíritum exercere, quando re coram Deo considerata, corréctio videatur bono Operis Dei expidire. Si post prudens témporis spátium víderim meam in cassum correctionem cessisse, rem íntegran, si clarum Operis Dei bonum id éxigat vel suádeat, immediato Directori sive ipsi Patri communicabo ipsiusque in mánibus rem plene deponam.

3. Quoad me ipsum: curam adhuc maiorem adhibere conabor, ut in mea activitate, líbera et personáliter responsábili, fidelis sim Ecclésiae doctrinae atque Operis Dei spiritui. Attenta obligatione bene efformandi meam consciéntiam, consílium postulabo quóties id expedíerit, servatis quidem normis doctrinae moralis cathólicae et éthicae christianae, atque ídeo rigurose custódiam secretum naturale, commissórium, professionale vel áliam quám libet spécies secreti qualificati. Prae óculis semper habebó me esse quoque plene liberum ac responsábilem circa modum applicandi critéria doctrinália generália ad síngulos casus, quien meam responsabilitatem transferre praetendam in personam quae forte, me ipso rogante, ad rectam consciéntiam efformandam me iuváverit.

**CONCORDAT CUM EXEMPLARI  
IN ARCHIVO ASSERVATO.  
= DR. THOMAS G. BOHLIN  
CURIAE PRAELATITIAE CANCELLARIUS.  
ROMAE, 2 OCTOBRIS 1999**

*Apud Collegii Romani Sanctae Crucis*

## **Referencias**

1. ↑ Cfr. Ps. CXV, 16.

2. [↑](#) [↓](#) Cfr. Ps. LXVII, 29.
3. [↑](#) [↓](#) Act. IV, 32.
4. [↑](#) [↓](#) Act. IV. 24-30.
5. [↑](#) [↓](#) Act. IV, 32.
6. [↑](#) [↓](#) Ps. CV, 47.
7. [↑](#) [↓](#) Ps. CV, 47.
8. [↑](#) [↓](#) Ephes. II, 19-20.
9. [↑](#) [↓](#) Ps. CXLVI, 4.
10. [↑](#) [↓](#) PS. CXVIII, 162.
11. [↑](#) [↓](#) I Ioann. III, 14.
12. [↑](#) [↓](#) I Cor. XII, 26.
13. [↑](#) [↓](#) I Ioann. III, 16.
14. [↑](#) [↓](#) PS. XXX,25.
15. [↑](#) [↓](#) Cfr. Ps. CXV, 16.
16. [↑](#) [↓](#) Cfr. Ps. LXVII, 29.

Obtenido de "[http://www.opus-info.org/index.php?title=Caeremoniale\\_Operis\\_Dei%2C\\_Roma%2C\\_1999](http://www.opus-info.org/index.php?title=Caeremoniale_Operis_Dei%2C_Roma%2C_1999)"